



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Monialium numerus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

cas exhibeat. Prou. 6. *De dicitur in*  
*V. Hebr. et. num. 22. Licentia. num. 6. 7.*  
*Monialium communes leges. m. 24. Regu-*  
*larium iura in ordine ad Moniales num.*  
*9. & seqq.*

ADDITIO.

- 1 **E** piscopus non potest promulgare excommunicationem contra alloquentes monialem Regularibus subiectam sine licentia ipsorum, sed alias penas potest imponere. *Cong. Episc. 1. Sept. 1617. apud Barbof. de iure Eccles. l. 1. c. 44. num. 168.*
- 2 Subcollector sine licentia ordinarij alloquens Moniales potest ab Episcopo excommunicari, decisum refert *Barbof. loc. cit. num. 154.*

Monialium numerus.

- 1 **P** resigatur Monialium numerus. Pius V. Anno 1566.
- 2 In tantum numerus constituatur, & conferuetur, qui vel ex redditibus proprijs vel ex consuetis elemosynis commode sustentari. *Trid. sess. 25. c. 3.*
- 3 In numero Monialium comprehenduntur etiam Conuersae necessariae. *Congr. Episc. 6. Nouembr. 1595.*
- 4 Saltem quindecim Monialium fit numerus ead. 27. Maij 1603.
- 5 Episcopus debet numerum praefigere, etiam in monasterijs exemptis cum interuentu superiorum Regularium. *Gregor. XIII. Anno 1573.*

ADDITIO.

- 1 **V** irgo non dicitur coacta ingredi religionem, sed tantum inducta, quo a patre instituitur haeres, ea lege, vt in Monasterium ingrediatur, & nisi ingrediatur, instituit Monasterium, & eidem filia relinquit aureos 25. pro alimentis decisum refert *Nald. Virg. num. 9.*
- 2 Prohibentur munera, quae erant solita dari in ingressu, seu susceptione habitus: & quod sponte offertur a consanguineis, in commune seruetur; neque fiant conuiuia inter moniales, & multo minus cum saecularibus. *Clem. VIII. apud Moscon. de maich. m. l. Eccles. l. 1. par. 4. cap. 4.*

*Barth. Gauant.*

Monialium receptio.

- 1 **E** xcommunicantur omnes, qui quomodocumque Virginem, vel viduam, vel aliam mulierem coegerint inuitam ad ingrediendum monasterium, vel habitum suscipiendum religionis, vel ad professionem emittendam. *Trid. sess. 25. cap. 18.*
- 2 Item ij, qui consilium, auxilium, fauorem dederint, quique scientes eam non sponte facere quoquomodo eidem actui vel praesentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. *ibid.*
- 3 Non excommunicantur ij, qui per vim inductiuam, non coactiuam, coegerint virginem monasterium ingredi. Decisum refert *Barb. alleg. 104. n. 3.*
- 4 Non impedit metus reuerentialis patris, nullis precedentibus minis, & verberibus. *Riccus in praxi ref. 599.*
- 5 Effectu secuto, decretum Tridentini intelligitur. *Barbof. num. 7.*
- 6 Excommunicantur & ij, qui voluntatem praedictarum vel accipiendi, vel voti emittendi quoquomodo sine iuxta causa impederint. *Trid. vbi supra.*
- 7 Viduam non conuenit admitti ad habitum monachalem virginum. *Congr. Ep. 29. Ianuarij 1585.*
- 8 Nullo modo admittatur vidua, vt viuat ibi in habitu laicali. decisum refert *Campanil. Rub. 12. cap. 16. m. 31.*
- 9 Illegitimo thoro nata non excluditur. *Congr. Episc. Anno 1592.*
- 10 Tertia totor Monialis, ne admittatur sine licentia sedis Apostolicae. ead. 25. Maij 1595.
- 11 Supernumeraria non potest admitti sine licentia sacre Congregationis. ead. 6. Februarij 1615.
- 12 Ad loca vacatura non dentur expectatiuae. ead. 6. Septembr. 1604. \* & 12. Maij 1619.
- 13 Sub pena praefectis Monialium priuationis suffragij. ead. 6. Sept. 1604. \* & refertur a *Campanil. Rub. 12. cap. 16. num. 14.*
- 14 Ancillae ne introducantur in seruitium infirmarum, seu decrepitarum, sine licentia sedis Apostolicae. *Congr. Ep. 22. Augusti 1605.*
- 15 Moniales sanctae Clarae regulariter non habent

k

habent